

VNIVERSIS et singulis christifidelibus presentes literas inspecturis salutem apostolicam benedictionem. Pastoris aeterni uices licet immeriti gerentes in terris gregem dominicum curam nostram commissum ad uitam lucis aeternae per frequentem ecclesiarum, Hospitalium, et aliorum piorum locorum uisitationem, quantum cum deo possumus, perducere studemus et iuxta conditionem nobis apostolica seruitutis officium fidelis singulorum merita pro demeritis penitus sunt imparia, ad deuotionis sinceritatem, piamque et meritoria opera exercenda spiritualibus muneribus, indulgentijs usque et peccatorum remissionibus libenter inuitamus, ut exinde suorum abolita macula delictorum ad aeterna beatitudinis gaudia feliciter peruenire mereantur. Cupientes igitur ut ecclesia hospitalis pauperum sub inuocatione quinq; uulnerum Domini nostri Iesu Christi ciuitatis Ispalen, in quo sicut accepimus, pauperes, mulieres, et alij infirmi in dies benigne, atq; hospitaliter recipiuntur, et opera misericordiae erga eos exercentur, Charitativemq; tractantur, et curantur, ad quorum sustentationem cum ipsius Hospitalis facultates minime sufficiant, pia ipsorum fidelium suffragia plurimum necessaria esse dignoscuntur, ab eisdem christifidelibus in debita ueneratione habeatur, et ab illis congruis frequentetur honoribus, ipsiq; christifideles eo libentius deuotionis causa confluant ad eandem, quo ex hoc caelestis gratiae dono uberius conspexerint se resectos, benigne quoq; aduenientes precibus dilecti filij nobilis uiri Perasanz Alcala Ducis, et Heapolis Proregis qui ad ipsum Hospitale, ut pote a suis maioribus fundatum, singularem gerit deuotionis affectum, quem q; ob eius eximiam, et singularem erga nos, et apostolicam sedem reuerentiam, atq; deuotionem, ardensq; in persequendis haereticis studium uice diligimus, de omnipotentis dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confirmamus, et singulis uiribusq; sexus christifidelibus uere penitentibus, et confessis, qui dictam ecclesiam in Natiuitatis, et Paschatis Resurrectionis, ac Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, necnon Pentecostes, et Annunciationis beatae Mariae semper uirginis Dei genitricis, ac sanctorum Gregorij et Hieronymi festiuitatibus, uel earum qualibet singulis annis in perpetuum a primis uesperis usq; ad occasum solis singularium festiuitatum huiusmodi deuote uisitaue- rint, et ibi pro pace inter christianos Principes conseruanda, sanctaeq; matris ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, decem annos, et totidem quadra- genas de iniunctis eis, seu quomodolibet debitis poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Presentibus, quas sub quibusuis similibus uel dissimilibus in- dulgentiarum reuocationibus, suspensionibus, aut limitationibus in cuiusuis fauorem quomodolibet factis, et faciendis minime comprehendendi sed semper ab illis exceptas esse, et censeri debere decernimus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Contrarijs non obstantibus quibuscunq;. Sperare uero ipsi christifideles, quin potius certo confidere debent, ineffabili bonitate, clementiaq; Dei, qui omnium honorum priorumq; operum largus, et munificus est retributor, quod misericordiam, et Charitatem, qua ipsi Deo maxime grata semper fuit, et accepta, erga Hospitalis huiusmodi propensius exeruerint, eo amplius in die tremenda iudicij cum benedictis in caelesti patria exultaturos, et a Domino beata, sempiternaq; uita praemia copiosius reportaturos. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xij. octobris. M. D. Lxvii. Pontificatus

Hoftri

Anno

Secundo.

~:~:~: Glorierius ~:~:~: ∞

nº - 1035.

1035

1035

6/ Confirmacion de los  
Privilegios de la casa  
de San Juan.

PERGAMINOS, 30  
Hospital de los Cinco Llofas, 41.3

